

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Discursus Studenticus ...**

**Pensum Undecimum : Yseron Proteron Sinistrae & Dextrae i.e. : Verkehrt und  
schultert das Gewehr! Quo Suum In Virum ... Ern. Joh. Frid. Mantzelium ...  
Insignia Academica Universitatis Rostochiensis Anno MDCCXXXIV. D. XXI.  
Octobr. Tertia Vice Accipientem**

Rostochii: Adler, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612749>

Band (Druck)   Freier  Zugang   

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612749/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612749/phys_0001)



MK-7973<sup>a</sup>.







Fr. Bachmann

15 Mappen  
1 Pfl - 75,-

wol. unicum


U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM UNDECIMUM.  
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΥ ΔΕΝΤΙΚΟΥ,  
**YSEPON ΠΡΟΤΕΡΟΝ**  
**SINISTRÆ & DEXTRÆ**  
i. e.  
**Verkehrt und schultert das Gewehr !**

QVO  
SUUM  
IN  
**VIRUM**  
MAGNIFICUM, CONSULTISSIMUM,  
AMPLISSIMUM  
**DOMINUM**  
**DN. ERN. JOH. FRID.**  
**MANTZELIUM,**  
PH. AC J. U. DOCTOREM FAMIGERATISSIMUM,  
INSTITUTIONUM PROFESSOREM PUBLICUM OR-  
DINARIUM DEXTERRIMUM,  
**INSIGNIA ACADEMICA**  
**UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS**  
ANNO MDCCXXXIV. D. XXI. OCTOBR.  
TERTIA VICE ACCIPIENTEM,  
**A M O R E M**  
TESTABANTUR  
**P O M E R A N I .**

**ROSTOCHII,**  
Typis IO. IAC. ADLERİ, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.





## PROOEMIUM.

§. I.

**D**icituro περὶ ὑπέροχης προτέρου, dicendorum sane amplius extarer campus. Quandoquidem *Theologia, Jurisprudencia, Medicina, Philosophia* de eo conqueruntur. Ut modo *Philosophorum* i.e. *Sophiae Studiosorum* ὑπέροχον προτέρον attingam paucissimis. Sic prius frequentant Scholas *Discipulorum*, quam PRÆCEPTORUM. Ratio, PRÆCEPTORIS Discursus videtur esse super eorum penulam, et iste über ihren Horizont & Discipulorum duorum unus idemque ut plurimum assolet esse Studiorum profectus, ut adeo forsitan alter alterum felicius intelligat, si quidem altioris indaginis quæstiones non pertractent uterque, quas vero PRÆCEPTOR alto contemnit supercilie, cœu DIOXIP-PUS illum *Macedonem* pedibus repente subductis arietabat in terram uti CURTIUS (a) tradit. Ita Philosophantium insuper principium est: Postmodum PRÆCEPTORIS si libuerit, saltem non necesse est, audias discursus, eosque facilius tam penetraveris. Ast quid? nil nisi Illius: *Recte bene, alta voce, distincte.* Numne redolet ὑπέροχον προτέρον Studenticum? Certe. En itaque rerum humanarum sortem & occultam Aliorum ex Aliis propendentium seriem, quomodo omnia mutuo adversoque fulta nisu consistant? Quæ aliunde arcessitur speciosa Titulorum series, fucus plerumque est, quo injustæ saepius causæ lenocinari solet hominum solertia. At vero ista sibi in adversum nitentium fabula, ut a primis mundi cunabulis coepit, ita hodiernum agi aetumque iri certum est, quam quod certissimum, dum natura humana incipiat sui oblivisci, hoc est alienis inhiare dediscat. Quis itaque non utroque sat clare perspicit ὑπέροχον προτέρον SCHUPPIANUM welcher Anfangs ein D. nachgehends ein M. zuletzt ein Student geworden, quomodo de se ipso testatur (b). Ne vero con-

jicias,

jicias, perversum rerum deplorandum statum ac faciem per Satyram propositum iri, percipe nostrum saltem esse scopum, insinuare Probabilismum *heßjenigen was oben und unten sey*, non physice, sed politice & quidem in so ferne es von der lincken oder rechten Hand dependiret. Sed quid? En lusus ingenii. Sistitur itaque PROBLEMA 1) ex *Jure Ecclesiastico*: utrum in Sigillo Pontificio, dignorem occupaverit Locum ad *Sinistram* PETRUS, quam PAULUS ad *dextram*? 2) Ex *Jure Publico*, num Aquila Romano-Germanicæ bicipitis *Sinistra* an *dextra* sit honorabilior? 3) Ex *Jure Emblematico*, Gladius in *dextra* JUSTINIANI, an liber in *Sinistra* præmineat? 4) Ex *Jure Civili*, utrum SIMSON Sinistram an PHILISTÆUS dextram DELILÆ tenens ohen angehe? Hucusque ὡς εν παρόδῳ.

(a) Lib. IX. Cap VII §. 22. (b) Tract. sub Tit. *Freund in der Nshf.*

## PROBLEMA PRIMUM JURIS ECCLESIASTICI.

Quær. Utrum in Sigillo Pontificio dignorem occupaverit locum ad finistram Petrus, quam Paulus ad dextram? Resp. Petrus ad Sinistram.

§. I.

**S**i gilli Pontificii formam repræsentasse olim efficta uno latere Apostolorum PETRI & PAULI capita, in altero nomen Papæ tantum usque ad decretum Papæ PAULI II., antiquitatis testimonia sat luculenter comprobant. Quando vero in aliquibus Summorum Pontificum Sigillis dextram *Paulus*, Sinistram *Petrus* tenet, quasi vero Apostolorum Principi *Paulus* præferatur, ac proinde potiorem in sedendo obtineat locum, non sane futilis inde quæstionis materia suppeditatur.

§. II.

Evidem Variae variorum dantur rationes hujus sessionis, annuentium PAULUM locum occupasse superiorem, cum dextra iuxta ipsorum mentem majorem involvat honorem præ finistra. Quo ratione & falsus est D. THOMAS (d) dum hanc de eo reddit rationem, *quia scilicet praesens vita significatur per sinistram, futura vero*

A 2

per

*per dextram, in quantum ista cœlestis est & spiritualis, illa vero temporalis: id est PETRUS, qui vocatus a Christo fuit abduc in carne mortali posito, ponitur in Bulla Pape in sinistra parte; PAULUS vero qui vocatus a Christo jam glorificato ponitur in dextra parte. Quis vero hujus Commentantis commenta non maximis mactaret encomiis? Quippe GODEHOLDUS zufallige Avidachten wohl verdienet gelesen zu werden.*

(a) Conf. Comment. in Epist. ad Galat. Cap. I. v. 1. ad verba: *Qui suscitavit eum a mortuis.*

### §. III.

Verum enim vero paulo accuratius hanc ordinis sedendi indignitatem secum repetenti subeat suspicio quædam necesse est, *i segoz* *magore* *ov* hic inveniri, i. e. alium fuisse antiquis sedendi ordinem, quam qui sit nostris moribus cum qui federet ad Sinistram esset potior ad dextram sedente. Potentiores quippe qui alectabantur sive armati sive inermes dicebantur tum Satelli es, tum Stipatores, tum Laterones, quia latus tegebant & cingebant. Unde HORATIUS (a) & OVIDIUS (b)

*Utne tegam Spurco Dama latus.*

*Dumque latus Sancti cingit tibi turba Senatus.*

Quare comitans alium dicebatur *ire exterior*, comitatum vero habens *ire interior*, quod liquet ex adducto HORATIO (c) : & OVIDIO (d).

*Ne tamen Illi*

*Tu Comes exterior si postulas ire recuses.*

*Et medius Juvenum non indignantibus ipsis*

*Ibat, & interior si comes unus erat.*

(a) Sermone Secundo. (b) Lib. IV. de Ponto. (c) I.c. (d) Lib. V. fast.

### §. IV.

Interiorum autem ad Sinistram, Exteriorem ad dextram ivisse ex *Autoribus Classicis* comprobant GEORG. LONGUS (a). Quæ cum ita sint, quod alterius Comes cinxerit latus atque eidem iverit exterior i. e. ad dextram; Ille vero, cuius latus clausum, iverit interior i. e. ad sinistram: prono inde fluit alveo sinistram fuisse digniorem dextra, locumque ad sinistram dextræ non modo præcedentia moritatem

litatem

litatem duliam reddidisse, sed & revera dignitate præstantiorem fuisse honorabilemque.

(a) In Tract de Annulis Signatoriis Antiquorum Cap. IX. p. m. 87.

§ V.

Supra igitur cum animadvertisimus PAULUM in Sigillis Pontificum PETRO dextrum, non possumus non propterea statuere *Illum* *Hujus* PETRI scilicet Apostolorum Principis Comitem ac Stipatorem esse datum. Id quod & indicat clare gladius PAULI strictus. Corroboretur porro nostra sententia ex forma confessus Patrum *Chalcedonensis Concilii* (a) verba scopo nostro inservientia sunt hæc: *Reſidentibus Magnificientissimis & Gloriosissimis Iudicibus & Amplissimo Senatus in medio ante Cancellos Sancissimi Altaris. & in laeva sive Sinistra quidem parte sedentibus Sanctissimis & Reverendissimis Episcopis & Vicariis Deo Amicissimis Sanctissimi & Reverendissimi LEONIS Antipatris Urbis Roma & ANATOLIO Religiosissimo Archi-Episcopo Constantiopolitana Regie Civitatis n. r. l. Ex dextra vero parte similiter confidentibus DIOSCORO Religiosissimo Episcopo Alexandrino & JUVENALE Episcopo Hyerosolymorum &c.*

(a) Quod exstat Tom. I. Conciliorum Act. I.

§ VI.

Ex quo Sedendi ordine quis non intelligat laevam tunc dextram digniorem fuisse habitam? Nam DIOSCORUS Episcopus Alexandrinus cum haereses in Synodo discutiendæ insimulatus primo dextrae considerit partis loco, Legati vero Apostolicæ Sedis primo laevæ, certe certo certius inde convincitur Sinistra dextrâ Sanctior. Utrum vero eo consilio, quod in Ecclesia Christi ex benedictione illa Patriarchali in *Ephraim & Manassem* (a) mutatae sint rerum vices & ordo, ut quæ sinistra esset in dextram, & dextra in Sinistram dignitatis & benedictionis ordine mutaretur, illud ceu *ὑστερον πρότερον* Theologi cum Illo notissimo Cardinali BARONIO (b) suscipiant ventilandum. Nos enim Themidis castra qui sequimur, illa thesis non ferit.

(a) Genes. XLIX. v. 14. (b) Qui ita flatuit Tom. III. Annal.

§ VII.

Ut alto premamus silentio Cathedras publicas Ecclesiasticas

A 3

(Cangeln)

(Tanzeln) ad sinistram in Templis ædificatas, ceu partem honorabiliorum & sanctiorem. Nec attingam Cathedram PRINCIPUM MEGAPOLEOS ad sinistram AUDITORII MAXIMI VARNIACI exornatam, ad dextram vero RECTORIS MAGNIFICI.

## PROBLEMA SECUNDUM JURIS PUBLICI.

Quær. Num Aquilæ Romano-Germanicæ Bicipitis sinistra, and extra sit Honorabilior? Resp. Sinistra Aquilæ.

### §. I.

**D**E Aquilæ Rege Avium multa hic fari, non congruit, quippe Dn. ZIEGRA (a) istum in se jam suscepit laborem. Nec sumus solliciti, quid causæ sit, cur Aquilam Sacri Imperii Romano-Germanici bicipitem D. CHRISTIAN. WOLDENBERGIUS (b) cum JO. LYMNAEO (c) ad s. sanctiora Imperii insignia non referat. Supersedeo hic quæstionem in Jure Publico motam: Quid sibi velit Aquila biceps? Præsertim cum nitidissime de ea jam egerit MAGNIFICUS NOSTRÆ VARNIACÆ RECTOR ERNEST. JOH. FRID. MANTZELIUS (d) POMERANORUM MÆCENAS COLENDISSIMUS. Carcerem autem TANTUS VIR nobis non dictabit hac vice elegantibus sententiam scopo nostro accedentem quam maxime; nempe id circa fieri, weil zwey Hämpter das Reich inne haben, als der Kaiser und der Fürst, tradente SCHWEDERO (e).

(a) In Disp. de Aquila Rege Avium. (b) In Diff. Jurid. Ideam seu Delineationem Jurispublici in Imperio Nostro Romano-Germanico exhibente Sect. II. Cap. I. §. 24. (c) Tom. I. J. P. Lib. II. Cap. XV. n. 33. & 34. (d) In Diff. Jurid. de Aquila Sacri Imperii Romano-Germanici Bicipiti Cap. IV. §. I. p. 23. (e) In Jur. Publ. Part. Spec. Sect. I. p. 188.

### §. II.

Quæritur nunc eo magis, quo minus legitur in Juris Publici Scriptoribus de hoc: *Utrum Aquilæ bicipitis dextra an sinistra pars antecellat?* Dabitur autem venia ingenio ludenti. Putarem quidem quemvis vel conjecturando jam assequi convenientius, dextram Aquilæ

Aquilæ bicipitis ex præsuppositis innuere Imperium orientale Turcicum, sinistram Imperium Sacrum occidentale Romano-Germanicum. Dextra siquidem orientem respiciat, sinistra occidentem. Respectus itaque est utriusque & neutrius. Prius & Mappas Geographicas introspicienti observari suevit.

## §. III.

Quibus ita comparatis, partim ex superioribus constet eo respectu Imperium Romano-Germanicum longe præstantius esse omnibus Imperiis, quidni & Turcico sive orientali per dextram bicipitis indigitato; partim sinistræ ex Theologicis robur accedat. Quærunt Theologi: Utrum Christus quâ homo in statu exinanitionis federit ad dextram Patris? In aprico ipsos penes est sinistram esse superiorem dextra. Tantum quippe abest, ut dicant Patrem quâ sinistram inferiorem obtinere locum, ut potius dextræ honor dependeat a sinistra. Ad quæstionis controversæ vero cardinem quod est, adeas JOH. CONR. DANHAUERUM (a) qui eam negat.

(a) In Disputatt. Theolog. Part. Post. Disp. I. de quibusdam quæstionibus controversiis, §. 54. p. 575.

## §. IV.

Sed loquatur res ipsa & cuilibet ἀφθόνως iudicando obviam fore existimo, S. R. Imperium majestatis & dignitatis suæ apice cæteris omnibus regnis esse sublimius. Quippe hoc ipsum DANI-ELI Prophetæ descriptum (a) cuius conservatio nulli hominum accepto ferenda, sed solius DEI benignæ providentia, a qua dependet illius dignitas (b). Nec valet assertio Dn. ZOANNETTI (c) Pontificem Imperii Romano-Germanici verticem ac cerebrum venditantis. Siquidem præjudicio iudicium omne tollente laborat, neque aliter potuit, quin cum BALDO (d) in ditionibus Pontificem Numen-coalentibus hanc crepet sententiam. Nec minus Glaucoma obsidet oculos deprimere præminentiam J. R. G. molientium ex amplitudine Imperii Turcici. Quibus responsum velim, summum Imperii ἀξιούμενον esse æstimandum ex Regni quantitate Physica, sed Politica, testetur de hac Jus partim Successionis partim gubernationis; præterea quantitatis in se nulla est efficacia hic recte dicit Philosophus. Præminentia itaque J. R. G, in eo vertitur, quod omnes

omnes externi sive exteriores (welche also nohtwendig ad dextram und folglich unten angehen oder wohnen juxta §. III Problem. Primi supra citati) intelligent se debere comiter hujus Imperii obser-  
vare MAJESTATEM, neque enim ullum in toto terrarum orbe no-  
men sanctius (d), nullumque vel ipsis remotissimis Barbaris venerabi-  
lius. Id quod & ambabus liberaliter largitur SEVERINUS DE  
MONZAMBANO (e).

(a) Cap. II. (b) l. 1 C. de Vet. Jur. encl. & Nov. 28. c. 24. (c) In Tract.  
de Romano Imperio n. 49. (d) l.c. in C. de Legibus. (e) Im Ber-  
icht vom Zustande des Teutschen Reichs Cap. IV. §. 6. p. m. 256.

## §. V.

Nec est, quod dubites: Qui Cæsar possit dici obtinere summum Majestatis Jus, cum interdum Turcarum Sultano tributum solvere soleat. At enim vero ad τὸ Tributum quod est, correttius Pensionem dices, quia id ipsum non sit in superioritatis recognitionem. Ex pensione vero nulla subjectio inducitur. Hæc autem Sultano mittitur non in servitutis autoritamentum, sed pacis fruendæ gratia. Quin ipse Turcarum Imperator veteri ex pactione Regi Æthyopum eam præstet, ut Ægypto & Accolis montium Arabiæ libere frui possit in agro Damaseeno teste BODINO (a) Salvum tamen unicuique & Majestatis Jus & Jurisdictionis est exercitium. Facebat ergo ista in Dignitatem & Præminentiam Sinistre bicipitis seu S. MAJESTA-  
TEM IMPERATORIAM ROMANO-GERMANICAM insultatio,  
Autore GEORG. SCHONBORNERO (b). Corruit & dubitatio,  
utrum J R. G. sit *absolutum*? loquatur hic præ nobis G. H. GUND-  
LINGIUS (c) man darff sich, inquit, hierunter einen absoluten Regi-  
ment nicht einbilden, daß wenn der Kayser sage: Friß Heu, matt  
solches so gleich thun müste. - Gedoch regieret er nicht wie ein  
närrischer Sultan (verba sunt Gundlingiana) ob man ihm wol  
grossen Respect erweiset e. g. wenn die Italiänische Fürsten, wenn sie  
als Vasallen das Lehn empfangen, aufs Gesicht never fallen, die Gra-  
fen sich auf den Bauch niederlegen. - Regieret also wie wol nicht  
despotisch, jed ch absolute i. e. Er ist Herr aber tractiret seine Völ-  
cker als Teutsche i. e. nicht wie das Vieh. En itaque bicipitis Si-  
nistram Dextræ præjudicantem palmamque præminentia prærip-  
entem. - Τέρπον πρότερον Politicum ac Publicum quis itaque non  
ambabu;

ambabus deprehendit? Cadit & dubitans, ob das J. R. G. erblich?  
Respondeatur enim paucissimis, in ipsa voluntaria Electione Imperatoris fundata jam est successionis Necessitas.

(a) In Met. Histor. Cap. V. (b) Polit. Lib. V. Cap. X. p. 389. (c) In den ausführlichen und vollständigen Discours über dessen Abriss einer rechten Reichs-Historie Period. II. §. 92. p. 211.

### PROBLEMA TERTIUM JURIS EMBLEMATICI.

Quær. Utrum Gladius in dextra Justiniani, an vero Liber in sinistra præmineat? Resp. Liber in Sinistra.

§. I.

Jus Emblematicum ceu novum vocabulum eudenti & oīvītī B. L. ne succenseat. Prolapsi vero sumus ad hanc meditationes ex inspectione der schönen Bilder libris ut plurimum præfixarum. Vidi & plus simplici vice Imaginem JUSTINIANI IMPERATORIS emblematicē depictam altera dextra scilicet manu Gladium, altera sive sinistra Librum tenentis cum Emblemate: Ex utroque Cesar. Quæritur proinde, num in dextra an sinistra sit præminentia gladii vel libri? Subjicio, Libri in sinistra.

§. II.

Non erimus multi in ruminando, num JUSTINIANUS hujus imaginis sit ipse inventor, annon? Certissimum tamen est hunc IMPERATOREM Eruditorum fuisse Palynurum. Hisce ita constitutis, non credibile est JUSTINIANUM Eruditis, quos fovet per librum in sinistra, denn diese waren ihm aus Herz gewachsen, inferiorum reservasse locum; absit per genium Seculi, potius sinistra ut præminentiae locus ipsis hoc ipso commendabatur. Meretur enim omnino Literatorum Gens Splendidissima & Augustissima locum honorabiliorum præ Martis filiis. Ostendit hoc nitide VIRGILIUS DRANCIS,

*Cui lingua melior, sed frigida bello dextra.*

i. e.

Denn es besser mit der Zungen,  
Als mit der Faust, die Faust zu kämpfen war gelungen,  
Denn die Beredsamkeit kan durch die Herzen dringen,  
Und solche Regungen so wie sie wil erzwingen.

B

§. III.

## S. III.

Auscultes assentientem GAER. NAUDÆUM (a) Ich, inquit, meines theils halte eine schöne Rede so mächtig, daß ich bis anhero nichts gefunden, daß nicht ihrer Gewalt unterworffen sey, sie veredet und machet, daß man die allersabelhaftesten Religionen glaubet, sie erwecket die allerunruhigsten Kriege, sie streicht den allerschändlichsten Thaten ein Färblein an und bemäntelt sie, sie stillt den allerhigsten Aufrühr, sie erwecket in der saussumtigen Seelen Grimm und Wüte; mit kurzen sie pflanzet die Kezereyen, und räutet sie wieder aus, sie bringt es dahin, daß sich England von der Kirchen abreiset, und daß sich Japon zu derselben bekehret; und wenn ein Prinz NB. zwölf Leute von tüchtiger Beredsamkeit sive orali sive literali zu seinen Willen hat, so halte ich Ihn vor viel mächtiger und glaube, daß er mehr Gehorsam in sein Reich bekommen würde, als wenn er NB. zwey starcke Kriegs-Heere aufden Beinen hätte. Utne Imperatorum encomia (b) quibus Eruditos cumulatum iverunt transcribam. Adverte nunc oculos Martis Fili, quid valeant humeri SINISTRÆ DOMINÆ, quidve ferre recusent *dextre ancilla*? sinistræ competit annulus, Humero sinistræ ceu firmiori excelsiorique tragen Principes ihre Bänder vergentes ad dextram; Stellula Regia zieret latus sinistrum. Num itaque Liber in sinistra ex haecennus dictis inferior gladio in dextra? Neutiquam. Dextra duntaxat exsequatur iussa mandantis sinistræ, dependeatque ab hac ceu serva a Domina. Et quod ad instar additamenti haben die Gelehrten das Glück allein, daß sich Könige und Fürsten den flügsten und tüchtigsten Leuten gänzlich vertrauen afferente G. NAUDÆO (c).

(a) Conf. Politisches Gedanken über die Stats-Streiche Cap. IV. p. m. 224.

(b) L. 14. C. de Advoc. Divers. Judic. (c) I. c. Cap. V. p. 246.

## S. IV.

*τεσέρις ποτέρις* exemplum monstretur in exemplo. In Excelso Inferioris Austriae Regimine quamvis Magnificus DOCTORUM ordo non sit primus sessione physica, tamen morali & politica. Nam nemo in Juridicis prior est in voto & sententia dicenda. Quin & illam ipsam DOCTORUM sinistram sessionem SIGISMUNDUS IMPERATOR judicio sapientissimo dignorem habuit, quam dextram i. e. sciamnum Equitum ceu testatur ex *Annalibus Bohemiae* D. LEONARDUS BAUERUS (a). Viderat quippe PRUDENTISSLIMUS IMPERATOR D. GEORGII FISCELLUM (cui paulo ante in Concilio Basiliensi equestrem dignitatem contulerat) anxie hæfstan-

tem

tem, quemnam in consultatione publica locum occuparet, utrum DOCTORUM sinistram, an Equitum dextram sese associaret. Tandem Novellum hunc Equitem relieto DOCTORUM ordine Equitum numero immixtum conspicatus IMPERATOR SIGISMUNDUS: *Quo te FISCELLE?* inquit, *quam stulte tu agis, qui literis statum equestrem praefers, at enim Equites EGO mille vel una die fecerim, qui ne mille quidem annis unicum fecerim DOCTOREM.*  
En ecce!

(a) In Disp. Juridico-Politica de Nobilitate Jurisconsultorum aliisque eorundem prærogativis p. 13.

## PROBLEMA QUARTUM JURIS CIVILIS.

Simson & Philistæus ambulant cum Delila, Simson Sinistra, Philistæus dextra apprehensam ducunt, quæritur, welcher der Leit-Hammel? Resp. Philistæus.

### S. I.

SI qua alibi, hic certe suam zur Kirchen und Strassen duetruus committit fallaciam compositionis & divisionis, quinimo consequentiarum, denn diese Ambulatio ziehet Schwänze nach sich. Est sane hic subtilissimum *ὑπερον πρότερον*, propterea sparr oculos. Evenit autem hic error ex præjudicio Rustico, ac si ad dextram semper sit locus superior. Non ita est. Consequenter ist dieser nur ein Beyläuffer, maassen Delila und Simson gehet uterque interiores, Ehre also dem die Ehre gebüret. Nec obstat: Philister über dir Simson, denn sie meynet es nicht so übel, prouti verba jacent. Ludit enim in verbis dieses gelehrte Frauenzimmer per Plateas Academiæ die nocte que Collegia Charitatis frequentans. Sit igitur suorum verborum optima Interpres. Interpretatio autem, quam nuperrime in earum Collegio audiebam erat hæc, quod nempe τὸ PHILISTÆUS non sit *Nominativus* & SIMSON *Vocativus* wie dorten; retro potius ut Rusticus arma gerit, hodie PHILISTÆUS in casu tantum *obliquo*, SIMSON in casu recto ipsis magis placet. Hanc igitur earum esse mentem credas. Et amant alterna Camænæ, *ὑπερον πρότερον* non respuentes.

### S. II.

Hæc de moralitate Sinistre ac dextræ; Et sic satis. Nos POMERANI interim RECTOR MAGNIFICE, hæc talia conscripsimus

mus ad præstantiam Sinistræ præ dextra animi gratia indigitandam. Verum ne succenseas Nobis ὑπέρον πρότερον ex composito committentibus. Sinistra licet digniore habita, cuius digitus annulo exornetur, teste JOH. KIRCHMANNO (a) da man die Coucarre an der Lincken des Huhts hefftet, den Degen ad sinistram spannet &c. en tamen DEXTRAM FIDEMQVE. Cesset quippe hoc easu Sinistra. POMERANI namque TUAM in se Singularem AFFECTIONEM pietate non possunt venerari satis, quemadmodum ipsis quidem incunibit. Excipiat autem TUÆ dextra dextram Nostram sublevatam, i. e. simus TUÆ Paternæ Fidei commendati non ceu ὑπέροι, sed ut πρότεροι. Qua spe freti ita :

**W**ir HOMMEN reichen dar dem RECTOR beyde Hände,  
Die Rechte ist die Treu, die Lincke ist das Herz,  
Das Herz damit ER sich nur erstlich zu uns wende,  
Und ferner zünde an die Glüht der Liebes-Herz.  
Als denn wird auch die Treu von Tag zu Tag vermehret,  
Indem die Letzten ist, die Allerersten sind,  
Beglückt ist der ja wol dem Er die Hand zu fehret,  
Und ihn aus heißer Bruust erkennet für sein Kind.  
Da wir nun DENE Hand schon längstens drauf empfangen,  
So soll auch dieses Band ganz unzertrenlich seyn,  
Wir rufen VIVAT! aus, dem wir getreu anhangen,  
So rufft die Deutsche Treu, troß aller Heuchler Schein!

(a) In Libr. Singulari de Annulis Cap. IV. p. 21.

### COROLLARIA.

- 1) THEOLOGICUM: ὑπέρον ἔσονται πρότεροι, καὶ πρότεροι ὑπέροι.
- 2) JURIDICUM : ὑπέρον πρότερον est Matrimonium ad Morgana-ticam.
- 3) STATISTICUM : ὑπέρον πρότερον committunt die Türken und Perser, obgleich beyderseits ihre Religion von dem Mahomet herleiten, indem die Perser derjenigen Farben, so die Türken vor hoch halten, auch nur zur Haupt-Bedeckung brauchen, zum Hosen sich bedienen, Autore ANONYMO der aufgefangenen Brieffe, im dritten Pacquer, die 32. Correspondenz p. 289.










Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn828612749/phys\\_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612749/phys_0021)

DFG





ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen cursus Studentici de Studio Monasterio Academi §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no runt.

### §. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet callem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in tota in mundo, quasi extra mundum, infra coe oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fras. Loquimur autem præprimitis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles occ. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts sydens - Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de penes animum fidelissimum.

### §. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi en wackern- und edleren Manne decenti. Uni

B 2

contra